

trafacta. ¶ Et quod quilibet turclaria [ponere vult] proprie
 menia civitatis ponere debeat, et facere poni unum canalem de
 lapide inmaltatum in dictis meniis, ita quod dicta menia sive
 muri non runpantur annatim per ipsos, quod canale debeat
 esse strictum taliter quod nullus possit intrare vel exire per 5
 ipsum, sub pena decem libr. par. pro quolibet habente turclaria
 contrafatiente, et nichilominus pena soluta ipsum canale fa-
 cere teneatur. ¶ Item nulla persona debeat vel sit ausa modo
 aliquo occupare vel impedire sive impediri facere menia sive
 muros civitatis Tergesti, aliquem ex voltis sive turium comunis 10
 Tergesti, in aliqua parte civitatis Tergesti circumquaque, sci-
 licet a domo dicti domini Nicolai Alberti usque ad Ianuam
 Cavane sub dicta pena quadraginta frx., et quod potestas semel
 in suo regimine debeat providere de predictis sub pena decem
 libr. par. ¶ Item quod nulla persona audeat nec presumat te- 15
 nere letamen vinatiam seu prohicere letamen vinaciam nec
 aliqua alia inmundicia bruta infra muros novos comunis a
 palata Cavane usque ad portum, nec etiam post palacium co-
 munis super molis, nec foveam seu foveas aliquam facere, sub
 258 A pena centum sold. par. pro quolibet et // qualibet vice contra- 20
 fatiente. ¶ Et quod cerdones vel pilaparii non debeant in pre-
 dictis locis descargare vel descargari facere pelles vel coria,
 nec etiam ponere ad sugandum post palacium comunis vel
 super molum becharie vel alio modo nec in piscaria comunis
 aliquas pelles, sub pena predicta pro quolibet et qualibet vice 25
 contrafacta. ¶ Et quod precones comunis predicta inquirere
 teneantur semel in die, et habeant medietatem condempna-
 tionum ex suis acusis, sub pena predicta. ¶ Item si aliqua
 persona fecerit aliquod laborerium apud muros civitatis, tam
 in fatiendo ortos quam aliud laborerium, propter quod damp- 30
 num aliquod eveniret comuni, emendet dampnum in duplum
 comuni; et nulla persona plantare debeat nec facere plantari
 aliquam arborem, que non esset ad minus in distantia a muro
 civitatis per unum passum vel dimidium comunis, quod si fe-
 cerit, talis arbor plantata eradicetur et debeat eradicari. 35